



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII**

**Alexander**

**Romae, 1667**

LXXXII. Decretvm

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

LXXXII.

## DECRETVM

*Sacræ Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum D. D. S. R. E. Cardinalium à Sanctissimo D. N. ALEXANDRO Papa VII. Sanctæque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorundemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, atque impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum vbique publicandum.*

**S**ACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus fuit infra scriptus Liber vbicumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendusue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eum imposterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis à presentis Decreti noticia tradat sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

LIBER EST,

*Journal de Monsieur de Saint-Amour Docteur de Sorbonne, de ce qui s'est fait à Rome dans l'affaire des cinq Propositions. Imprimé par les soins dudit Sieur de Saint-Amour, en la presente Année M, DC, LXII.*

In quorum fidem manu, & sigillo Eminentissimi, & Reuerendissimi D. D. Cardinalis Ginetti Episcopi Sabinen. supradictæ S. Congregationis Præsecti, præsens Decretum signatum, & munitum fuit. *Datum Rome, in Palatio Apostolico Quirinali, die 28. Martij 1664.*

M. Card. Ginettus Præs.

Fr. Hyacinthus Libellus S. Congr. Secr.

Loco † sigilli.

Anno à Natiuitate D. N. IESV Christi 1664. Indiēt. secunda, die 31. mensis Martij, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Alexandri Diuina Prouidentia PP. VII. anno ejus nono, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Flore, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Laurentium Signium Sanctiss. D. N. PP. Curf.

Carolus Franceschinus Curf. Mag.

ROME, Ex Typographia Reuerenda Camera Apostolica. 1664.

LXXXIII.

## DECRETVM

*Sacræ Congregationis Eminentissimorum, & Reuerendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium à Sanctissimo D. N. ALEXANDRO PAPA VII. Sanctæque Sede Apostolica ad Indicem Librorum, eorundemque permissionem, prohibitionem, expurgationem, & impressionem in vniuersa Republica Christiana specialiter deputatorum vbique publicandum.*

**S**ACRÆ Indicis Congregationis Decreto damnatus, ac prohibitus fuit infra scriptus Liber vbicumque, & quocumque idiomate impressus, imprimendusue. Nemo cuiuscumque gradus, & conditionis eum in posterum, *vel* imprimat, *vel* legat, *vel* retineat. Si quis interim habuerit, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis à presentis Decreti noticia tradat sub pœnis in Indice Librorum Prohibitorum contentis.

LIBER